

der Mitglieder des Prediger-Ordens.

17

rum, spiritu suo sancto misso, in corda multorum inspiravit eisdem. ut quedam facta et dicta quorundam servorum suorum, dei laude digna et edificatoria, in scriptis redigerent, ut tanto per generationes venturas pluribus fierent in salutem, quanto efficacius eorum perpetuaretur memoria per scripturam. Sic Eusebius ecclesiasticam historiam, Damascenus librum Barlaam, Cassianus collationes patrum, Gregorius dialogum, Jeronymus, Florentius, Beda, Odo, Usuardus diversa martirologia, Gregorius Turonensis, Petrus Cluniacensis et alii * quam multa de huiusmodi materia ediderunt opuscula. Sane multimoda fratrum de diversis nationibus relatione frequenter ad nos pervenit, quia multa contigerunt in ordine et ordinis occasione, que si scripta fuissent, multum valere possent et in perpetuum ad fratrum consolationem et spiritualem ¹ profectum, sollicitaverunt nos, insuper fratres multi deo devoti, ut super huiusmodi scripto compilano curam aliquam apponere non pigeret, antequam oblivio, que iam plurima de eordibus fratrum tulerat, omnia sepeliret. Super hijs igitur habita collatione cum prioribus provincialibus in capitulo generali, quod anno domini M^oCC^oLVI fuit Parisiis celebratum, de consilio eorum fuit fratribus universis mandatum, ut si quid dignum memoria de predictis occurreret, illud nobis significare curarent. Circa quod exequendum, etsi multi de negligentia se non potuerunt excusare, quidam tamen multa de huiusmodi nobis conscripserunt. Nos autem huiusmodi scripta recepta ² tradidimus carissimo nostro Geraldo Lemovicensi, tunc priori provinciali Provincie, de cuius industria in huiusmodi multam gerebamus fiduciam, rogantes et imponentes eidem, quod perlectis et examinatis singulis de hijs, que laudabiliora reperiret, libellum aliquem ederet, quod et fecit, prout inferius continetur. Cum autem multis discretis fratribus opus illud legentibus placuisset et dignum approbatione iudicaret, nos tandem de approbatione multorum discretorum ac honorum fratrum illud inter fratres duximus publicandum. Nolinus ³ tamen, quod extra ordinem tradatur sine nostra licentia speciali. Vos igitur karissimi, predicta legentes, advertite, quanta cura fuerit providentie superne de ordine et hec attendentes confirmamini magis ac magis

¹ spiritalem, §f. cod. Vr. ² recepto, §f. Cod. Vr. ³ nolumus, §f. Vr.

* Auffallend ist es, daß hier das Werk des Conrad von Eberbach im Rheingau: de viris illustribus ordinis Cisterciensis oder exordium magnum ord. Cist. nicht genannt wird, obgleich es Borrichs für Sumbers Unternehmung war. Dasselbe ist bei Ziffier, biblioth. o. Cist. tom. I. gedruckt.

Quellensammlung. IV.

in ipsius amore. Consulimus autem et rogamus, ut qui negligentes in scribendo nobis de supradictis fuerunt, negligentiam corrigant diligenter. Illi vero, apud quos aliqua similia contingerent in posterum, nobis vel magistro, qui fuerit pro tempore, scribere non omittant, ut ad utilitatem ordinis hec post predictum opus scribantur vel in locis debitis in ipso opere inserantur.

Prima pars.

Capitulum V. Quod deo est specialis cura de fratribus.

§. 4. Item aliud [Vr.] [fol. 4^b. Pal.]

Narravit frater Henricus ¹ Theutonicus, quod circa principium ordinis contigit, duos fratres itinerantes ² ieiunos, cum nona transiret, ad invicem querere, ubi comedere possent ³. Tunc in villa ⁴ paupere et sibi multum ignota astitit ⁵ subito eis quidam ⁶ vir magnus in habitu peregrino et ait: „Quid confertis inter vos, modice ⁷ fidei.

§. 5. [Dieser Paragraph ist nur nach Vr. gedruckt.]

„Primum autem querite regnum dei et hec omnia adicientur vobis. Creditistis deo, ut propter eum omnia dimitterentur ⁸ et nunc timetis, quod vos dimittat ipse impastos. Hoc vobis signum. Transibitis campum istum et in valle sequenti villam parvam invenietis. Et cum intraveritis ecclesiam, vos invitabit sacerdos et perveniet miles, qui vos ei auferet violentem. Et illis pie altercantibus patronus ecclesie superveniet, qui vos et sacerdotem et militem largissime procurabit. Confidite igitur in domino semper et fratres vestros hoc exemplo in domino confidere faciatis.“ Quibus dictis repente disparuit. Illis autem omnia, ut predixerat, evenerunt. Revertentes autem Parisius ipsi fratri Henrico et paucis, qui tunc ibi erant, pauperrimis fratribus omnia retulerunt.

§. 8. Item aliud de eodem. [Dieser ganze Paragraph ist nach Vr. gedruckt.]

Duo fratres domus Magdeburgensis in Theutonia, missi a priore suo, cum caperent iter, ceperunt dubitare de via, nec erat, a quo querere possent. Suspiciens autem senior frater vidit milvum volantem et ait: „dico tibi, milve, in virtute nominis Jesu Christi, ut nobis viam, quam debeamus tenere, ostendas.“ Et statim milvus, de alto velociter descendens et prope terram volitans, de via ⁹, in qua fratres sedebant, divertit ad dexteram,

¹ Henricus Vr. ² intrantes pr. m. Pal. ³ possent, in terra paupere et multum sibi ignota. Vr. ⁴ villa sec. m. Pal. ⁵ astitit autem Vr. ⁶ fehlt Vr. ⁷ fo sec. m. Pal. ⁸ dimitteretur Vr. ⁹ viam Vr.